quattuor scripulis vel totidem grammis. Nam idem est scripulum
et gramma. vel certe quadraginta octo obolis constat. Duo ergo oboli
scripulum reddunt. Eundem scripulum grammam greci appellave
runt. Eo quod tot litteris vox eorum notetur. quot scripulis uncia
expletur.
Dragma tria scripula vel tria grammata habet. quo pondere anti
quitus argentei quod athenas nummi formabantur. Olce a drag
ma non retraditur differre sed nomine. sicilicum vero reddit dragma
duplicata. Dragma autem simplex adiecto scripulo uno. sextulam id:
quattuor scripula congruenti nomine sexta parte unciae reddit.
Sextula autem dupla veteres duellam vocaverunt. que tertia pars
(147v) unciae est. Scripulum vel duobus obolis vel sex semissibus siliquae vel
sedecim. aut totidem speltis aut lupini quattuor. si eadem forma lentis
speciebus singulis inter felicitatem soli et hominum studia caveretur
veteres aestimaverunt. Itaque grammum lupini aut unum semis siliquae
quattuor grana lenti. sive totidem speltae. semiobolum quod primum aut
esse potest. ponderi nomen efficitur. Talentum est pondo LXII. quod
faciunt. LXXX librae atticae. Mina ÷ libra una et semiuncia.
Talentum minas habet LX. latine mina grece. mna dicitur.
Dragma est scripula tria. Libra nostra habet dragmas LXXXVI.
Gramma est scripulum unum. Sextula quod sexta sit ab uncia.
Duella habet scripula IIII. Uncia habet scripula sive grammata
XXIIII. Scripulum pensat siliquas sex. vel lupinos quattuor vel
lentis aut speltae grana sedecim. Sextus XX. obolos habet.
Obolos scripulum ÷ dimidium vel medium. siliquas quod facit
ultra scripulum ponderare minus nihil potest. Myster habet siliquas tres.
mnas duas semis. Coclear habet dragma una semis id est drag obolos VIIII.